circa. Regnum sirie dicit in quatuor partes siue prouintie que prouintie propter earum
magnitudinem consueuerut regna antiquitus appellari et reges fuerut net actis
temporibus in easdem. sed quia hystorie orientis illas nominant prouintias regni
sirie regna ipa non acerrimus appellari. prima prouintia que capud est sirie vocatur
seir et in medio illius prouintie sita e nobilissima ciuitas damascus nomine. secunda
prouintia nominat pallastina. in qua illa sancta ierosolimitana ciuitas habet situ
tertia prouintia dicit antiochia et in illa sut due maxime ciuitates vz alep et
antiochia maior. quarta uero prouintia cicilia nominat in qua sita est inexpu
gnabilis ciuitas trasensis in qua beatus paulus apostolus fuit natus. ista uero
prouintia cicilie armenia hodie nuncupat. nam postq christiane fidei inimici
terram illam de grecorum manibus abstulerit etiam longo tempore tenuerunt
armeni conati sunt in tantum qd terram illam ciciliam extrepauerut de ma
nibus paganorum. cuius quidem terre dominiu rex armenie per gratiam dei tenet
in regno sirie. habitant diuerse gentiu nationes vz griffoni qui sun greci
armeni nestorini jacobini saraceni et etiam alie due christianorum natione
que non repiunt in alijs regnis vz suriani et maronini. suriani tenet ritu grecorum
rum fuerut tamen obedientes romane ecclesie sancte et habent litteras et
linguam arabicam et officiu ecclesie totu faciunt in litteris grecis. alij qui
dicunt maronini tenent ritum jacobini et litteras linguam qz habent arabica
et iste due nationes gentiu habent iuxta monte elibani et in partibus ierosolim
itanis in armis sunt fortissimi bellatores. de terrarum laboribus viuunt. illi qui
nominant suriani sunt multi. sz maronini qui habitent i quadam parte motis
elibani sunt in pauca quantitate. sunt tamen inter eos pedites fortissimi
et audacissimi bellatores. longitudo regni sirie viginti dierum spacio terminatur
latitudo uero quinque et in aliquo loco minus secundum quod desertu arabie et mar
grecie longius uel propinquius se aderint.

In hibernia sunt multe insule miraculose quas credendu est quarum una quarum parua
sunt homines que in illa sut insula habitatores qui nullo tempore moriunt sed quando sut sene
ferunt foras insulam. et in illa insula non sut serpentes nec granorum nec aliqua
aranea venenosa immo tota ipa terra omni bestie uenenose est contraria. et adhuc i
illa insula sunt arbores que fructus ferunt sicut ficus maturi et vdant.

Item est altera insula in qua femine que in ipa insula habitant que nomine bra no
sed quando e tempus pareundi ferunt foras insulam et ibi secundu more

In ista insula que vocat islandia sunt homines qui habent linguam illorum de nouergia
et sunt christiani.

Ista insula uocat archania in qua continue per sex menses anni dies et nox e clara
et continue per alios sex menses anni dies et nox est obscura et non clara

Ista regio vocat norvegia que est valde aspera et multum frigida montaniosa et

Historia archipelagi

et ſaluatica et gentes que in illa regione naſcuntur uiuunt piſcando et caſando ita eſt
frigida quod nutrimentum in illo loco eſt raro bonum propter magnum frigus quod facit et simi
liter ibi ſunt multe beſtie fere ſicut ſunt cerui urſi et multi aues alb(e) :—
iſtud mare vocatur mare alamanie gotlandie et ſuſie et debetis ſcire quod iſtud mare
eſt congelatum ſex menſibus anni ſcilicet a quinta decima die octobris uſque ad quin
ta decimam menſis marcij ſic fortiter quod homo poteſt ire cum curru bene et hoc
fit ratione frigoris tantummodo :—
iſta eſt prouintia de ſtacina et de gotia ubi ſunt gentes ab ore cclo ex eo quod caput
eorum eſt iniunctum cum humeris magni uenatores et equitant ceruos et uenantur
cum girofalchonibus :—
Europa vocatur tertia pars mundi et incipit a flumine de la tana pronomine et comprehendit
totam partem tramontane et ſunt in galicia apud cap finiſterre occidentalis et com
prehendit totam ripariam maris circumcirca :—
iſtud ſtagnum vocatur edil in quo inueniuntur ſturioni et alij piſces multum extranei qui
ſunt piloſſi et extranei :—
debetis ſcire quod homines iſtius regionis ſuſpendunt capita hominum mortuorum in ſuis templis
et iſtud caput adorant tanto temporis ſpacium quantum poteſt ſubſtinere cum ſuis capilis
hic inueniuntur canes qui ſunt magnitudinis duodecim palmorum qui bellant ſemper cum
leonibus et griffonibus et ipſos ſuperant :—
deſertum arenarum in quo inueniuntur beſtie fere et vniuerſe :—
in iſta parte habitant gentes idolatrice que adorant vnum idolum qui habet multa capita
et multe manus et credunt et ille gentes habitant uerſus partes de ſebur que pars ſiue
prouintia albania maior pronomine :—
in iſto deſtrictu ſunt magni canes et fortes cordis et corporis itaque fortes et ſic acre
bellantes leonibus et ipſos occidunt et ſuperant et extrenuunt inde vocantur alefante beſtie
ualde fortes et ſecundum quod dicit in nono libro alexandri ſcilicet in tertio capitulo de
cane albanenſi ibi dicit quod quidam canis albanenſis fuit miſſus regi alexandro et
fuit poſitus in bello cum vno leone et cum uno apro cingiario et cum vno alephante et
ante quam vna hora fuerit tranſacta ſuperauit ipſos omnes
in iſta prouintia manet imperator vſibeh ſcilicet in ciuitate   imperium cuius
eſt valde magnum et incipit in prouintia de burgaria ſcilicet in ciuitate de uecina et
finit in ciuitate de ormanich verſus leuante et comprehendit in illo directu totam terram
tramontane :—
debetis ſcire quod illi qui volunt tranſire iſtud deſertum cauſa m eundi ad ciuitatem lop et
in prouintia de catajo conueniunt quod maneant et geſcant per unam eudomadam continue
in iſtis partibus de ſaray in quibus et cum ſuis beſtijs recreent poſtea accipiunt omnia illa que
ſunt neceſſaria per ſeptem menſes et iam per totum deſertum vadunt bene per ſpacium
unius diei et vnius noctis ante quam homo poſſit inuenire aquam bonam ſed de die in die

inuenerunt tantam quod bene sufficeret quinquaginta usque in centum personis. item euenit quod de nocte equitans aliquis sit agrauatus seu fessus et se adormiat ut faciat aliquam rem per quam dimittat alios suos socios apparebit sibi quod audiat in aere voces demonum sibi loquentes. et notum sit omnibus legentibus rubricam supradictam quod dicta ciuitas de Lop non est in presenti carta eo quia multa distant ab isto per quod itur ad cathaium:–

ista ciuitas camul per quam itur ad cataium est ultima ciuitas magni canis domini de cathaio que ciuitas magni canis est maior quam alia dicti domini:–

ista ciuitas de saber ex quibus descendit magnum flumen vocatum edil

isti homines qui sunt electi ad colligendum adamantes baldacy et ipsi non possunt ascendere in montem propter serpentes venenosos qui sunt in vallis ipsorum montium et proiciunt in loco illo carnes artificiatas ut lapides se teneant in carnibus et postea ueniunt aues et accipiunt carnes et deiciunt ab illo loco et postea lapides que tenent se cum carnibus cadunt ab auibus et sic inuente fuerunt per alexandrum regem macedonie et grecie:–

istas figuras metalli fecit facere alexander rex macedonie et grecie quando uenit ad montana de caspis et ipsas fecit artificialiter quod pulsabant per omnes uentos:–

in ista ciuitate de tanduc et eius prouintia nullus erat ausus sedere supra cathedram quando presbiter iohannes erat dominus de cathaio et sciatis quod anno domini mcclxxxx magnus canis de cathayo qui vocabatur agistam venit cum multitudine gentium quod non habebant numerum in quodam palatio plano prope ciuitatem predictam contra presbiterum iohannem qui erat magnus dominus in illis partibus sic quod presbiter iohannes superatus fuit et victus et victo dicto bello dictus cagistam deuastauit totas terras de asya que erant dicti presbiteri iohannis:–

in isto loco vocato scholac est unum monasterium fratrum eremitarum ubi secundum quod dicitur est corpus sancti mathei apostoli:–

in ista ciuitate de lop veniunt mercatores versus imperium de carre volentes ire ad ciuitatem cathaii per uiam directam et magis curtam et transeunt per magno deserto sed per viam planam uadunt cum suis curribus videlicet cum bobus carretis et camelis et in dictis ferunt suas mercantias:–

sciatis quod homines et femine istius regionis quando sunt mortui cum instrumentis et solacijs ferunt ipsos ad comburendum et vxores mortuorum se deiciunt in igne cum maritis suis sed mariti non se deiciunt in igne pro vxore:–

de istis insulis exeunt multi boni aues scilicet girfalcones et falcones quos nullus audet accipere nec habere nisi pro usu magni canis domini imperatoris de cathaio et omnium tartarorum:

sciatis quod antichristus nascetur ultra mare opere demonum prope finem mundi in una prouintia que vocatur babilonia in ciuitate de corosai prope mare galilee et quando erit de etate annorum triginta incipiet predicare in hyerusalem et dicet quod ipse est filius dei et causa monstrandi magnam sanctitatem faciet rectificare templum salamonis in hyerusalem et mittet totos suos discipulos per totum mundum propter quod conuertent sibi omnes gentes et subito

omnes iudei credent putantes ut credentes quod sit mesias promissus per legem et multe alie gentes sequen-
tur eum scilicet aliqui propter timorem et hoc quia faciet occidere omnes illos qui ipsum nolent sequi et
aliqui ibunt cum ipso cupiditate monete quam dabit illos cum sequentur ipse habebit omnes thesauros in-
cantatos et occultatos et specialiter illos quos salomon incantavit quos custodiunt demones
et aurum effusum sive perditum in mari et demones ferent illos thesauros et sic dicit
daniel propheta multitudine divitiarum occidet multos homines et aliqui ibunt cum ipso mira-
culis que faciet quia resuscitabit mortuos et faciet multa mirabilia sed non erunt vera
propter gentes quod credunt quod ipse sit filius dei quia sic affirmabit ipse et sic dicit apostolus
sanctus paulus adiumentum erit opere demonum in similitudine virtutum et miraculorum
et sic consequentur sive prosequentur potentia divitiarum et propter mirabilia falsa que faciet
per totum mundum submittet sibi omnes gentes quia illi qui nolent ipsum sequi faciet
reverti debiles et contractos et sic propter timore gens maxima sequetur eum postea
apparebunt duo prophete qui sunt in paradiso terrestri qui sunt elias et enoch qui dabunt
testimonium contra ipsum dicentes quod ipse est christus filius sathane et deceptor sive
amator gentium et predicabunt gentibus quod non credant suis operibus et tunc antichristus
faciet occidere ipsos quia nullus homo poterit contrastare suo posse et durabitur tres annos
cum dimidio postea deus mittet lampadem de celo et morietur et ipsi expectabunt quod tertio
die resurget et lapsis tribus diebus videntes quod non resuscitabit sed quod expectabunt quod
resurgat et iudei accipient corpus suum et mittent in quoddam monumento et isti
expectabunt quod resurgat sed invenientes corpus suum putriente et cognoscent falsimentum
suum convertentur omnes et erunt salvi et hoc dicit ysaias propheta in illo tempore salvabitur
iuda

Ista provintia est maior omnibus aliis et vocatur chuben quod vult dicere magni canis et iste
imperator est plus dives omnibus aliis imperatoribus totius mundi Istum imperatorem respiciunt
duodecim millia milites et quilibet capitaneus manet in curia sua cum sua familia
tribus mensibus anni et sic de aliis per ordine et hoc fit ob causam honoris et non timoris
dicti domini

Istud flumen baldacy est altior omnibus aliis fluminibus mundi ex eo quod habundat lapidibus
preciosis sicut sunt balaxy rubini saphiri

Ex isto flumine carmoram transeunt multe naves que ferunt multas species et mer-
cantias ad civitatem de cambalech

Debetis scire quod prope civitate de cambalec erat quedam magna civitas que ab antiquo
vocabatur garibalu et magnus canis invenit per astrologiam quod dicta civitas debebat sibi
revelare sic quod incontinenti ipsam fecit deshabitare et tam cito fecit facere istam
civitatem de cambalech que civitas girat viginti quatuor ligas et est valde bene mu-
rata et est quadrata per quem libet quadrum continet in se sex ligas et habet altitudinem
viginti passuum et grositudine aliorum viginti et sunt duodecim portalia in illa civ-
itate et in medio ipsius est quoddam magnum palatium in quo palatio est quedam magna

turris in qua est quedam magna campana que pulsat horis ordinatis et pulsata dicta camp
ana nullus audet ire per viam et quamlibet portam respiciunt mille homines ad hon
orem dicte ciuitatis domini :—
iste gentes saluatice vadunt nudi et viuunt piscibus crudis et bibunt aquas salsas
in istis partibus finit terra de catayo in quibus nascuntur homines q non habent nisi quinque
palmos longitudinis et quamuis sint parui et non apti ad faciendum res graues tamen sunt
apti valde ad texendum pannum de septa et in aliquibus hystorys vocantur pigey aliqui
dicunt quod isti homines in quarto et in septimo anno senescunt sed non est verum immo in
quatuordecimo et ultra generant et usque ad quatraginta annos viuunt et bellant cum
gruibus valentissime aliquibus se defendunt et capiunt ipsos et comedunt :—
ista ciuitas vocatur siras que antique vocabat ciuitas griere in qua fuit inuenta astrono
mia per sapientissimum ptolomeum :—
iste dns tartarus est magnus et potens vocatur bonsait dns taurisy et tarsia et persia
et in sua prouintia est magna habundantia septe et aliorum bonorum speciearum et mercanti
arum que prouintia est submissa magno tartaro vocato tamburlano qui pronomine vocatur
coiumet :—
ista ciuitas vocatur ormes et est valde nobilis et est caput et inicium aliarum ciuitatum indi
arum et debetis scire quod in ista ciuitate vadunt naues que habent quatuor usque in decem
arbores et vellas uparum de canis et palmis :—
ista ciuitas vocatur baldach et antique vocabatur babilonia vbi manebat nabucdnasor
et debetis scire quod in ista ciuitate ferunt multe specie et multe alie res nobiles et
valde odorantes que portantur in partibus indiarum et postea se spargunt per tota terram
sirie et specialiter in ciuitate damasce :—
per istum locum transeunt fily israel quando exeunt de egipto
istud flumen vocatur carixum et descendit a paradiso terestri et decurrit in egipto
et habundat tota istam terra de egipto :—
ista regio vocatur tarsia de qua exierunt tres reges orientis et venerunt ad ciuita
tem bethleem iude cum suis donis et adorauerunt ihm xpm dnm nostrum et sunt
sepulti in ciuitate de cologna que distat duabus iornatis a ciuitate brugges in par
tibus occidentis :—
asia vocatur tertia pars mondi ratione cuiusdam regis artius asia scontis q dnalatur
ea que asia incipit a partibus maris rubri videlicet ad flumen carisy versus meri
diem et finit ad flumen de la tana versus tramontana et comprehendit totam tar
tariam in partibus orientis :—
iste soldanus est magnus et potens et multum diues dns qui habet octingentos elephantes
et ducenta millia hominum equestrium et multos pedestres iuxta suum imperium in partibus
istis multum aurum et multi lapides preciosi propter hec femine non curant se ornare auro
in ista prouintia indiarum q vocatur de columbo dnatur rex columbus christianus :—

In civitate de botifoli dominat rex stephanus christianus ubi eſt corpus beati thome apostoli :—

Hic dnatur calech qui nominatur dns imperij d medio g calech ſtat i civitate d amalech

Coram iſto flumine d baldac maris indiarum et perſie ſunt piſcate perle que deferunt ad civitatem d baldach et piſcatores qui ipas piſcant ante q deſcendant i fondo ipius maris oportet q dicant ſua incantamenta ut piſces fugiant hoc faciente a menſe marcij :—

In iſto mare indiarum ſunt piſcati lapides p̄ciosi et perle et ibi ſut multe inſule vald divites. et debetis ſcire q quando piſcant illis lapidibus precioſis perlis et alij divicijs que illuc ſunt ante q deſcendant i fondo maris dicut incantamenta ſua qbus piſces fugiunt, quia forte ſi piſcatores non dicerent ſua incantamenta et deſcenderent i mari occaſione piſcandi tam cito venirent piſces et comederent eos hoc ē probatu et predicta faciunt de menſe marcij :—

In iſto mare indiarum inveniunt balene ſic magne q apparet q ſint inſule et aliqñ pp̄ter terram quam tenent ſup ipas naſcunt herbe ſub ſchena ipaꝝ balenaꝝ et homines qui ipas vident putant q ille balene ſint inſule et deſcendut deſup ipas et dicte balene deſcendut ad fondum et ſic homies huiuſmodi ſe pdut :—

Iſta inſula vocat falam ubi ſunt multi nemores ul arbores canelle et in dictis ē q̄dā flumen nominatum doinactis et in pluribus locis ipius fluminis inveniunt multi rubini et alij lapides precioſi :—

Iſta inſula vocatur inſula ſana ubi ſunt multe arbores ſpecieꝝ ſubtilium ſicut ſut galenga nuces moſcate et arbores d canella in q inveniunt lapides precioſi et ſimilr macis et cambura :—

Debetis ſcire q iſte naves vocant iuchi et habent quatraginta cubitos carene et aperiut viginti quatuor cubitos et magis et adhuc iſte naves habent ul ferunt in ſe quatuor arbores uſq in decem et velle ipaꝝ navium ſunt de folijs irondonaꝝ ul de palmis et debetis ſcire q quando iſte naves mercantie deſcendunt ab indijs dimittunt illic decimam partem ſpecieꝝ et aliaꝝ rerum quas deferut naves :—

Iſta inſula vocat madorany in q homines et femine vadunt nudi et ferut unu folium arboris ante et retro.

In iſto mare indiaꝝ ſunt inſule mille ſexcente quatraginta octo in qbus ſunt multa mirabilia :—

Iſtud mare indiaꝝ eſt illud ubi ſunt ſpecie et ibi habitant gentes valde debiles cordis ad bellandum in quo mare navigant magni navilij diverſaꝝ gentiu ibi etiam inveniunt tres nature piſcium que vocant ſirene prima ē talis q ē media femina et media avis ſecunda ē media femina et media equs tertia media femina et media piſcis et navigantes iſtius maris navigant cu ſuis incantamentis et pp̄ter hoc reſpiciunt ſe a periculo ſirenaꝝ predictaꝝ quando contigit cu ipis ſe reperire :—

ista insula vocatur per christianos trapobona et per tartaros nominatur magnum cauiu et est
ultima insula orientis et debetis scire quod in ista insula sunt gentes magne differentie
aliarum gentium quia in aliquibus montibus istius insule sunt homines magne forme vz
duodecim cubitorum sicut gigantes et sunt multum nigri et non utentes rationibus
immo comedunt homines extraneos si ipsos habere possunt et adhuc in ista insula secundum
quod nominatur in qua ibi vnde exemplum non habebat ultra
item ista insula est ultima indiarum et est multum habundosa in auro et argento et in
lapidibus preciosis et specijs aromaticis
in ista montanea que longitudine vocatur carena per sarracenos et xanos [illegible] claro
et debetis scire quod in ista montanea sunt multe bone [illegible] castra
que inter se met ipsos bellant et est habundantia par[illegible] tus
per istam montana montis clari vadunt aliqui sarace[illegible] ago
ad ciuitatem meche ad uidendum sepulcrum ma[illegible]
iste sunt plagie arenose et deserte ualde magne et ia[illegible]
est pro maiori parte deserta et non hab[illegible] ultima
semper vadunt nudi qui dicunt quod tan[illegible] et
habebitis a fonda et totidem pro rata[illegible] as
iste plagie sunt ut superius dictum est inqu[illegible]
multi alephantes qui in isto loco sunt[illegible]
betis scire quod omnes iste gentes v[illegible]
similiter inuenitur sperma balene que[illegible] co
in istis partibus sunt gentes que vadunt [illegible] atur
hoc faciunt quando uadunt ad locos [illegible] ocu et equitant camelos et sunt hic multe
bestie que uocant allant de corio ipsarum faciunt bonas targas quas ipsi uocant
musiffes
iste dominus niger uocatur mussameli dominus prouintie de gmena et iste dominus est ditior et
nobilior dominus totarum istarum partium propter magnam habundantiam auri quod habet in sua
terra et est de progenie de cham
africa uocatur tertia pars mundi ratione cuiusdam regis affir filij habrae qui dominabatur
que africa incipit in partibus egipti iuxta flumen cary et finit in carola videlicet
ad capud de buyedor occidentalis et comprehendit totam [illegible]rbariam de longitudine
usque ad ciuitatem alexandrie et circum circa totum [illegible]diem
iste rex dorguena stat continue in guerra cum alijs sarace[illegible]delicet cum istis ..ubris
et alijs arabys et omnes iste partes sunt arenose et [illegible] magna habund
antia dactilorum
iste soldanus babilonie vocatur melcauazar et est valde magnus et potens inter
alios istius regionis et posidet totam terram sanctam
iste rex de nubia continue est in bello cum rege dorguena et cum xanis nigris

de nubia ſubmiſſis prete Iohani dño prouintie ethiopie :—

iſtud mare uocatur mare rubrum ꝓpter quod tranſierunt duodecim tribꝫ yſrael et non tamen quod ſit rubea ſꝫ fondus eſt rubei coloris per hoc mare naues mercatorum indie portant ſpecies quas deferunt babiloniam poſtea uero in alexandria :—

in iſta ciuitate de mecha ueniunt aliqui ſaraceni pelegrini de diuerſis partibꝫ mundi causa uidendi ſepulturam mahometi prophe eorum dicentes quod poſtquam ipsi uiderunt dictam ſepulturam tam precioſam ipsi non ſunt digni aliquid amplius uidere quare faciunt ſe o[illegible]anare et priuari uiſu ad reuerentiam dicti prophete talr quod de cetero non uident et [illegible]cta facien[illegible]tes ſunt habiti et reputati inter ſaracenos pro ſanctis et deuotis

[illegible] [illegible]una de arabia ceba et modo eſt ſaracenorum et arabum in [illegible]boni odores ſicut de mirra et encenſo et abundantiam [illegible]uiibꝫ precioſis et ſciatis quod iſta regina fuit illa que uenit u[illegible] [illegible]causa [illegible]n audiendi ſuam ſapientiam que ſibi tullit de [illegible]perlas precioſas :—

[illegible]hannes ferre catalanus in feſto ſancti laurentij [illegible]m cccxxvi causa eundi ad riu auri cuius [illegible]

[illegible]imiliter uocatur riu auri quia recolitur [illegible]r pars iſtarum gentium que hic ſtant ſunt electi ad colligendum [illegible]ne quod flumen est largum bene in ore per unam linguam et habet [illegible]maior naue monde :—

iſtud eſt capud finis terre [illegible] occidentalis de affrica et hic incipit affrica et finit in alexandria et in babilonia et comprehendit totam barbariam usque ad ciuitate alexandrie et uerſus meridiem et oriente usque ad ethiopiam maiorem :—

iſta inſula uocatur inſula de gentilis et dicit plato qui fuit magnus ſapiens et philoſophus quod iſta inſula ſolebat eſſe ita magna ſicut affrica et dicit quod in iſto mare ſunt ualde magni debatime [illegible] currentie aque que dilatur ſuper iſtam inſulam et adhuc dicit quod ſunt terrene propter quas arenose [illegible]uaſi ſupradicta inſula eſt fondauit uoluntate dei et iſtud mare [illegible] mare ſtatec :

iſta montanea uoca[illegible]ontanea auri de qua uenit aurum de pagiola et uocatur per ſaracenos caba[illegible] [illegible] lingua uult dicere mons lune propter ſuam altitudine que eſt tanta quod dicunt [illegible] quod quis e in ipsa montanea in linea qui necessario uideret :—

[illegible] iſta [illegible]uic eſt ſupra littore ocean et burgap ſaracenos uocatur sahara [illegible] lingua [illegible]icere magna uia est habundantia multorum bonorum ſicut de auro et [illegible] de dactilis et de mellis et de beſtijs et maior pars e deſhabitata propter magnum ardorem [illegible]calorem ſolis et ſunt magne arene et ſimiliter ſunt in iſtis partibꝫ multi cameli [illegible]e ebantes :—

iste rex vocat rex niger et generatio istius provintie vocat per saracenos abnechibel qui
uult dicere in nostram linguam filius canis ex eo quia facies eorum assimulatur canibus in
uisu / simulant etiam canibus ex eo quod loquunt inter ipsos et sese intelligunt et alie gentes ipos
non intelligunt et sunt multum strane et non habent ullam legem et sunt nudi nigri
et ista generatio confinat in terra magni imperatoris et patriarce preste iohanis xani ethiopie
prope insula de moroen est una civitas que vocat sonia et prope ipam civitatem est quedam
lignum qui vocat ebanus qui habet multas virtutes in dicta civitate est quodam puteum
qui habet profunditatem septuaginta cubitorum et in fundo resplendit sol in desterrehana
de mense iunij —

iste rex niger est christianus et stat in civitate de nubia que civitas [illegible] norum
et omnes de isto regno sunt nigri per naturam [illegible] ne [illegible] et quando
postquam sunt nati baptizant in aqua ad usum rome et iste [illegible] ribus
locis cum foco hoc fit per totum istius regnum et dictus rex [illegible] bam
dno ethiopie et notum sit omnibus et c —

ista provintia vocat ethiopia scilicet terra xanorum [illegible] et
debetis scire quod homines qui in illo loco sunt et habitant [illegible] nigri
propter magnum ardorem solis in ista provintia habitat [illegible] ia preste
iohan de nubia dno et xanus vero de ethiopia et vocat [illegible]
et iste terre sunt ille que restauerunt preste iohanni [illegible]
cagistan venit anno mcclxvij cum multitudine gentium [illegible] sum
sulcro plano de tanduc in provintia de catayo et venit [illegible] pater [illegible]
in istis partibus sic quod preste iohan fuit superatus [illegible] dictus [illegible] an con
quistavit totas terras que erant presbiteris iohanis [illegible] ista de africa vocatis
de ethyopia et nubia —

in ista provintia est multum aurum et argentum et sunt multe ecclesie cohoperte lamminis
auri —

anno domini mcclxxxx recesserunt de civitate ianue iste due galee patronizate per dnos vadinum
et guidinum de vivaldis fratres volentes ire in levante specialiter ad partes indiarum et quando
dicte due galee fuerunt in isto mari de ethiopia una ipsarum invenit se in sicco fundo ver
modum quod non poterat ire antea postea vero alia galea fuit ante et eundo in dicto mari
de ethiopia prope unam civitatem vocatam mena fuerunt capti et detenti ab illis de dicta ci-
vitate qui sunt christiani de ethiopia submissi preste iohani [illegible] que civitas est ad ma-
rinam prope flumen fixon et fuerunt detenti per talem modum quod nullus ipsarum galearum domum redijt —

ista insula est in civitate de arim que semper cum aquis suo designat soli de die —
in ista parte orientis est paradisus terrenalis locum multum delectabilis [illegible] circuitus muro igneo ad
celum in quo loco est arbor vite fructus cuius si aliquis comederet [illegible] esset immortalis in paradiso
ad huc fluit de illo loco unum fons qui dividitur in iiijor flumina quorum unum vocatur eufrate alter
tigris alter gion alter phison quorum radicibus de cursu facit ita magnum rumorem quod gentes que
ad illum locum habitant nascuntur surdi et in isto loco [illegible] et duo [illegible] elia et
enoc secundum quod dicit ysidorus dicens iste locus est delectabilis sine corruptione in quo loco sunt isti duo
vivi usque ad adventum antichristi —

deo gratias finis hystorie archipelagi
et provintiarum orientalium